DE FONTIBUS

A

CASSIO DIONE

IN CONSCRIBENDIS REBUS INDE A TIBERIO USQUE AD MORTEM VITELLII GESTIS ADHIBITIS

SCRIPSIT

GUILELMUS SICKEL,
DR. PHIL.

GOTTINGAE,
VENUM DAT ROBERTUS PEPPMÜLLER.
MDCCCLXXVI.

CURTIO WACHSMUTH

S.

Praefatio.

Ad fidem et auctoritatem scriptorum recte aestimandam et ad artem singulorum historiae scribendae cognoscendam quaestiones, unde sua hauserint, accurate institutas plurimum conferre, satis constat. Quum autem quidam parum curae in iis habendis aliquando adhiberent aut nimis exiguis et angustis finibus se continerent, fieri non potuit, quin de fontibus et auctoritate scriptorum, in quaestionem vocatorum, male nonnunquam judicarent.

Quod in libellis, quibus fontes historiae imperatorum priorum Romanorum tractati sunt, etiam Cassio Dioni accidisse cognovimus. Quam enim summam quaestionis suae C. A. Knabe [1]) tradidit, eum in libris LVII—LX, quibus vitae Tiberii, Caji et Claudii continentur, „non modo ita e Taciti libris pendere, ut fere Taciti judicium de quavis re sequatur, sed etiam hos libros ita institutos esse, ut paene excerpti e Taciti annalibus videantur [2]), pauca aliunde adjecta“, itaque „Dionis iis solis libris nos adjuvari, in quibus Taciti libros, qui aetatem non tulerunt, adhibuerit“, nullo modo probari potest, nam, hanc rationem inter annales Taciti et Cassium Dionem minime intercedere, comparatione utriusque paulo accuratiore facillime apparet. Quod quidem et alii [3]) et H. Reichau [4]) recte intellexerunt. Sed quae prae-

[1]) C. A. Knabe, de fntbs. hist. imp. Jul. Halis Sax. 1864. p. 40. 41.

[2]) Quod idem de bello cum Parthis, Nerone imperatore, gesto et a Dione l. LXII c. 19—23 narrato Egli in quaest. de reb. imp. Rom. ed. a Buedinger t. I. p. 335 sq. male statuit.

[3]) In quibus cnfr. H. Schiller, hist. imp. Rom. Nerone imp. 1872. praef. p. 29 sq.

[4]) H. Reichau; de font. delectu, quem in Tiberii vit. moribusque describ. Vellej. Tac. Suet. Dio hab. Regiomont. Pr. 1865.

terea is invenisse sibi videtur [1]: „Dionem in vita Tiberii describenda acta senatus vel potius breviarium ex iis sumptum maxime secutum esse, seditionem exercitus Germanici (LVII c. 4—6) e C. Plinii libris bellorum Germaniae, alia e Suetonio esse hausta", concedi non possunt, ipso Dione paulo ante [2]) diserte dicente, se a tempore immutatae reipublicae actis et commentariis publicis neglectis ita res commemoraturum esse, ut ab aliis historiarum scriptoribus vulgatae essent.

Quum autem in parvo discrimine non ponendum sit, utrum male an recte de eo judicetur, quo, quum rerum tum gestarum scriptores omnino aut magna ex parte interciderint, gravissimo plerumque auctore utimur, viros doctos non improbaturos esse sperabam, quod quaestio, quibus e fontibus partem illam historiae Romanae inde a principio imperii Tiberii usque ad finem Vitellii Cassius Dio hauserit, denuo institueretur. Quam ad finem jam perduxeram, quum tres libelli, ab Henrico Christensen [3], Joanne Froitzheim [4]) et Maximiliano Thamm [5]) nuper editi, sero admodum in manus mihi inciderunt, quibus de nonnullis libris a me in quaestionem vocatis (LVII, LVIII et LXI) diligenter jam actum esse et, quum a singulis discesserim, fere eadem, quae mihi videbantur, exposita esse inveni. Quod gratum et acceptum mihi erat, praecipue, quum, capite quaestionis meae in aliis libris sito, tot verbis de illa parte agere non liceret.

Summum enim studium in iis ponendum esse censui, quae libro LXIV de Galba et Othone Cassius Dio refert; nam hac in parte, quum tres illas alias Taciti, Suetonii, Plutarchi relationes adhibere possimus, facultatem, qua melior nusquam alibi reperiatur, consistendi et quibus auctoribus et qua ratione iis in historia scribenda usus sit demonstrandi, datam

---

1) l. c. p. 38. 39.
2) LIII. 19. 2.
3) H. Christensen, de fntbs. a Cassio Dione in vita Neronis enarr. adhib. Berol. 1871.
4) J. Froitzheim, de Tacit. fntbs. in libr. I. annal. Bonn. 1873.
5) M. Thamm, de fntbs. ad Tiber. hist. pertinentbs. Hal. Sax. 1874.

esse apparet [1]). Quod idem ad librum quoque LXV, quo vita Vitellii et Flaviorum initia continentur, pertinet, quum et solam Taciti relationem, tamquam obrussam, adhibentes satis certe de Dione judicare possimus. In reliqua autem parte inde a Tiberio usque ad mortem Neronis quasi in solo firmo non versamur, quum a Tacito saepius deseramur et aliae praeterea res, de quibus suo loco disseram, accedant. Itaque vitio mihi non datum iri spero, quod latius fortasse hanc priorem' et graviorem quaestionis partem tractavi; faciendum enim putavi, ut conjecturae, quas, ut res fert, de iis, quae libris LVII—LXIII continentur, plerumque facere cogor, sint probabiles. Quod fieri potuerit, trium illarum commentationum in contextu opusculi mei et in annotationibus rationem habui.

In vita et scriptis, ingenio et indole Dionis explanandis non opus est haerere, quibus de rebus diligenter a multis actum est [2]); non magis in exponenda conditione et habitu eorum librorum historiae Dionis, ad quos quaestio nostra pertinet, quum omnibus notum sit, a fine libri LX [3]), quo res a Claudio imperatore gestae continentur, Dionis historiam exceptis fragmentis periisse, neque omni ex parte integros libros proximos esse servatos, quod detrimentum aliquo modo iis, quae Joannes Xiphilinus modo uberius modo brevius e libris integrioribus Dionis excerpsit, sarciatur. Nec rationem, quae inter epitomen et Dionis opus intercedit, ab aliis pluribus verbis explicatam [4]) denuo latius exponi necesse est; satis sit

---

[1]) Hirzel, comparat. eorum, quae de impp. Galba et Othone relata legimus etc. Stuttg. Progr. 1851. p. 6 sq. et Wiedemann de Tac. Suet. Plut. C. D. scrptrbs. Galb. et Oth. Berol. 57, Cassium Dionem fere neglexerunt, ad Tacitum potissimum, Plutarchum et Suet. animum convertentes. Per occasionem et in rebus singulis ad eum respiciunt H. Peter, die Quellen Plut. i. d. Biogr. d. Römer p. 28. not. 2. Th. Mommsen Cornel. Tac. u. Cluv. Ruf. Hermes IV. p. 322.

[2]) Reimarus de vit. et scpts. Cass. Dionis in edit. Sturz. vol. VII. p. 506 sq. Schroeder, de eorum script. qui de Tib. Caes. vit. tradid. fide et auctorit. Regiom. Pr. 1868. p. 9 sq. Alii.

[3]) cp. 28. 3. desinit cod. Venet.

[4]) In quibus cnfr. Christensen l. c. p. 2 sq.

admonere, non modo sensum eorum, quae Dio refert, epitome breviter comprehendi, sed etiam eadem plerumque verba, quibus Dio utitur, reddi; neque omnia illa a Dione prolixe tractata in angustum coacta esse, sed locos continuos eum saepius ad verbum transscripsisse, aliis, qui res minoris momenti continere ei viderentur, plane omissis; at, quum res leviores a gravioribus saepe non discerneret, non modo illas accuratius, has negligentissime e Dione eum excerpsisse, sed etiam res gravissimi momenti ne verbo quidem nonnunquam commemorasse. Quo accedit, ut, temporum notis plerumque neglectis, quibus annis haec vel illa gesta sint, plane nesciamus. Qua expedita sane excerpendi ratione factum est, ut saepissime magis fragmentorum collectionis, quam continuae historiae speciem epitome exhibeat.

Quae cum ita sint, opportune accidit, ut apud Zonaram, quem a libro VII maximam historiarum suarum partem e Dione hausisse notum est [1]), multa, quibus Xiphilini epitomen explere et emendare possimus, inveniamus. Non ignoro quidem, vitiis non levibus etiam Zonarae epitomen laborare, sed quamquam non semper ad verbum Dionem secutus sit et nonnunquam in errores inciderit, non raro diligentiorem et accuratiorem [2]) Xiphilino narrationem exhibet, ut non dubitem, quin, utraque epitome confusa, satis materiae ad quaestionem nostram recte instituendam praebeatur, quum aliqua ex parte hoc modo ipsum Dionis opus ad verbum fere restitui possit.

Quae quidem omnia omnibus nota sunt. Priusquam autem ad ea, quae nobis proposuimus, propius accedamus, non supervacaneum esse videtur, breviter hoc loco expedire, quomodo Dio materiem disposuerit. Omnes enim vitae duas, vel, si subtilius distingues, tres quatuorve habent partes: primum, ominibus ad imperium futurum singulorum spectantibus enarratis [3]), de natura et moribus imperatorum exponitur et quo-

---

[1]) cnfr A. Schmidt, Ztschrft. f. d. Alterthumswissenschaft 1836. ed. Zimmermann.

[2]) L. Dindorf in edit. tom. III quae Xiphilinus partim vel plane omisit diligenter adnotavit.

[3]) Memoratu dignum est, in vitis Tiberii, Gaji, Claudii omina hoc

modo in singulis rebus se gesserint, deinde ex consuetudine annalium quae memoratu digna Romae et in toto imperio Romano acciderunt referuntur, quibus rationes, quot annis imperatores vixerint et principatum obtinuerint, adjunctae sunt. Quas duas partes ipse plerumque disertis verbis distinguit: cnfr. vit. Tib. LVII. 13. 6. *λέξω δὲ καὶ κατὰ τοὺς καιρούς, ὡς ἕκαστα ἐγένετο, ὅσα γε καὶ μνήμης ἄξιά ἐστιν.* vit. Claud. LX. 3. *τοιοῦτος οὖν δή τις, ὥς γε συνελόντι εἰπεῖν ὢν κτέ. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὧν ἐποίησε.* vit. Neron. LXI. 6. 1. *τοιοῦτος μὲν τὸ σύμπαν ὁ Νέρων ἐγένετο, λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον.* vit. Galb. LXIV. 4. 1. *λέξω δὲ καὶ ὅπως αὐτῷ τὸ τέλος συνέβη.*

Vestigia etiam exstant, quibus apparet, eum, ut ferebat dispositio, singulas res e contextu narrationis exemptas aliis locis inseruisse: cnfr. vocem Tiberii de Galba imperaturo LVII. 19. 4. iteratam LXIV. 1. 1., omina Vespasiano facta LXV. 9. 1., quo loco auctoris sui invenit, postea narraturus omisit; rebellionem exercitus Germanici (LVII. 4—6) priori parti excursus loco inseruit demonstraturus, cur Tiberius infenso esset animo in Germanicum; alia.

Sed haec hactenus.

Jam ad accuratam expositionem de vitis Galbae et Othonis transeuntibus nobis primum, quibus quasi coloribus utriusque mores et res gestae depictae sint, quaerendum est.

Intente legentes facile intellegent, utramque vitam non inconsulte uno libro esse comprehensam, sed ita inter se connexam et aptam esse, ut altera alteri respondeat. Summa enim sententia perlucet, Galbam heredem fuisse imperii legitimum et ominibus sancitum, Othonem rebellem justam poenam dedisse. Quam sententiam quae maxime probant, breviter afferre liceat. Legimus LXIV. 2. 1. „Galbam moderate imperasse minimeque onerosum fuisse, quod non a se captum sed datum sibi esse imperium statueret"; avaritiae ejus et tenacitatis ve-

---

loco non inveniri, sed a vita demum Neronis. Qua de re gravi cnfr. infra.

nia datur, „quod multis rebus indigeret"; classiariorum [1]) illorum tot milia caesa sunt, „quum non parerent sed tumultuarentur"; quo loco idem Galba laudatur, quod, „licet aetate confectus esset, consilio vigebat nolebatque imperatorem facere quidquam coactum." Neque alia de causa „etiam praetorianis postulantibus donativum non dedit et Tigellinum ceterosque Neronis adjutores supplicio affici non concessit, Helium vero, Narcissum, Patrobium et Locustam injussus morte multari jussit." Omnia edicta illa, a Zonara XI. cp. 14 relata, digna sunt quae laudentur; scelus nefarium perficiunt, qui senem, pontificem, imperatorem occidunt; ipse denique Galba „ab injuria facienda alienus erat."

Otho autem ambitione accensus „Romanis infinitorum rursus malorum praebuit occasionem." Nonnulla quidem ad conciliandos animos multitudinis moderate fecit „non autem quod eo ingenio erat aut moribus, sed quod temporibus serviens ceteros pariter offendere nolebat", igitur „placido ac leni sermone utebatur et ficto simulatoque gestu modestiam prae se ferebat, cum non esset obscurum, eum multo petulantius atque acerbius quam Neronem esse regnaturum." Acerbe porro cp. 9, „quod militum licentiam non cohiberet sed augeret" vituperatur, alioque loco cp. 10. 2. lacessitur, quod „conspectum proelii inter cives habendi sustinere se posse negaret: quasi vero ipse bonis artibus adeptus esset imperium, ac non consules et Caesarem eundemque imperatorem in ipsa urbe trucidasset." — Sed jam satis.

Quibus judiciis paene obscurantur res nonnullae plane diversae. Legimus enim cp. 3. 4: „quibus de causis ut laudabatur Galba, ita ridebatur maxime, quod toto itinere gladium de cervice suspensum gereret, homo jam senex et infirmus nervis"; acerbissimeque idem, modo laudatus, vituperatur, „quod Verginio Rufo nihil admodum dignum meritis ejus dedisset, nisi forte quis beneficii loco id reputet, quod eum, qui saepenumero imperator erat salutatus, superesse sineret." Otho autem moriens clarissima quasi luce circumfunditur, Dione

[1]) Qui quidem Xiphilini utique errore *δορυφόροι τοῦ Νέρωνος* appellantur, cnfr. ed. Sturz. vol. VI. p. 508. not. 15.

concedente (Zon. 15) mortem ejus pulcherrimam vitae pessimae memoriam fere obliterasse.

Fieri autem non potest, ut e sola Cassii Dionis relatione cognoscamus, utrum ex uno scriptore, qui varia judicia aeque contulerat, hauserit, an ipse Dio hanc materiem e variis scriptoribus conquisiverit. Quomodo res se habeat, ut cognoscamus, accuratam cum Tacito, Plutarcho et Suetonio comparationem instituamus jam necesse est.

Argumentis nihil dubii relinquentibus, quamquam sunt et fuerunt, qui ea recusent, viri docti comprobarunt [1]), consensum illum manifestum eorum, quae prioribus historiarum libris Tacitus refert, cum vitis Galbae et Othonis a Plutarcho descriptis — nec raro quae Suetonius de iis tradit non discrepant —, eo effectum esse, quod ex eodem fonte partem maximam hauserunt; discrepantiam, de nonnullis rebus inter eos intercedentem, exstitisse, quum et alter altero diligentius auctorem communem nonnunquam transscripserit et alios praeterea scriptores Tacitus adhibuerit, et alium quisque consilium in scribendo secutus sit.

Quibuscum tribus scriptoribus maxima pars eorum, quae Cassius Dio refert, convenit, nec tamen ita, ut ex illis eum sua excerpsisse statuas. Non solum enim apud Dionem quaedam singula et ab hoc vel illo commemorata conjuncta sunt, sed etiam res ab illis non commemoratae, arte autem cohaerentes, inveniuntur.

Qualis haec sit ratio, inter Dionem et illos intercedens, paucis exemplis illustrare liceat. Insolentiae Capitonis unus Dio LXIV. 2. 3. mentionem facit; caedem classiariorum „tot milium" Tacitus hist. I. 6. brevissime memorat, quos ad internecionem esse deletos Plutarchus Galb. 15 narrat, Suetonio Galb. 12., eos inmisso equite disjectos postea etiam decimatos

[1]) cnfr. imprimis H. Peter, die Quellen Plut. in d. Biogr. d. Römer. Halle 65. p. 28 sq. Th. Mommsen, Corn. Tac. u. Cluv. Ruf. in Hermes IV. p. 295 sq. H. Nissen, die Historien des Plinius Rh. Mus. f. Phil. NF. 26. p. 497 sq.

esse, auctore; apud Dionem 3. 1. invenimus, ad septem milia e vestigio caesa esse, reliquos postea esse decimatos. — Ex iis, qui sub Nerone criminibus eminuerant, a Dione 3. 4. Helius, Narcissus, Patrobius et Locusta, a Plutarcho cp. 17. Helius, Polycletus, Petinus, Patrobius nominantur, Tacitus I. 49. Patrobium poenam dedisse per occasionem memorat. Multa documenta egregii principis Galbam dedisse, Suet. 14. tradit, et ex iis, quae Zonaras XI. 14. affert, unum, quod ad liberalitates Neronis a Galba revocatas pertinet, Tac. I. 20, Plut. 16, Suet. 15. referunt. Capita Galbae et Pisonis hastis suffixa in senatum, quem statim convocatum esse omnes consentiunt (Tac. I. 47, Plut. 28), esse delata, senatoresque gaudium simulasse unus Dio (cnfr. Zonar. p. 572 C.) memoravit.

Magis autem perspicua, quam hac narratione ratio ipsa comparatione, quam infra instituemus, fiet; itaque, ne vitam etiam Othonis hoc loco examinantes longi simus, satis sit affirmare, eodem modo Dionem et cum Tacito et cum Plutarcho et cum Suetonio consentire et praeterea res, ab illis omissas, arte autem cum reliquis cohaerentes, apud eum inveniri.

Quod eo factum esse, ut tres illas relationes accuratissime comparatas in unam confuderit et alios praeterea scriptores adhibuerit, nescio, an aliquis asseveraturus sit.

Sed jam, ut consensum manifestum faciamus, et Dionem eodem profecto scriptore, quem potissimum Tacitus et Plutarchus, Suetonius obiter secuti sunt, imprimis usum esse demonstremus, continuam et accuratam comparationem instituemus.

Auctorem communem partibus Galbae plurimum favisse his locis cognosci potest:

Dio LXIV. 2. 1.	Plut. Galb. 17.	Tac. h. I. 49.
αὐτὸς δὲ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἦρχε καὶ ἀνεπαχθὴς ἦν· — οἵ τε ἐξελεύθεροι αὐτοῦ πάμπολλα ἐπλημμέλουν, ὥστε καὶ ἐς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέρεσθαι —	ὁ δὲ πρεσβύτης ἠδικεῖτο, τὰ μὲν πρῶτα τοῦ Οὐινίου κακῶς διοικοῦντος, ἃ δὲ ὀρθῶς προῃρεῖτο διαβάλλοντος ἢ κωλύοντος.	*amicorum libertorumque*, ubi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens, *si mali forent*, *usque ad culpam ignarus.*

ὅτι ἐκείνοις ἀδικεῖν ἐπέτρεπεν ἢ ὅτι ἠγνόει τὰ γινόμενα οὐ καλῶς ἤκουε.	cp. 18 ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα διαβολὴν εἶχεν.	
Dio 2. 3. ὥστ᾽ εἰ καὶ ἔξω τοῦ τι δεινὸν ποιεῖν ὁ Γάλβας ἦν, —		Tac. h. I. 49. *magis extra vitia* quam cum virtutibus.
Dio 2. 1. νομίζων, οὐκ εἰληφέναι τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ δεδόσθαι αὐτῷ, τοῦτο γὰρ συνεχῶς ἔλεγε.	Plut. Galb. 29. ὅθεν οὐχ ἑαυτῷ τὰ πράγματα λαμβάνειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτὸν οἰόμενος διδόναι τοῖς πράγμασιν ἄρχειν κτἑ.	Tac. h. I. 15. nunc me, *deorum hominumque consensu ad imperium vocatum* etc.

Dio 2. 1. χρήματά τε ἀπλήστως, ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενος, ἤθροιζε.	Tac. h. I. 20. *proxima pecuniae cura:* — bis et vicies millies sestertium donationibus Nero effuderat.

Apparet, relationes cum Dionis tum Taciti et Plutarchi a studio quodam purgandi, licet apud Tacitum magis occultatum sit, non alienas esse.

Luculentiora autem eorum, quae intendamus, testimonia quae de seditione Vitellii et de caede Galbae referuntur praebent, nam ad verbum Dio modo cum Tacito, modo cum Suetonio, saepissimeque cum Plutarcho, quem auctores suos pressius secutum esse constat, consentit.

Exercitus utriusque Germaniae, praemiis laborum fraudatis, a Galba deficiunt:

Dio 4. 1. οἱ ἐν ταῖς Γερμανίαις στρατιῶται, οὓς εἶχε Ροῦφος, μηδεμίαν εὐεργεσίαν ὑπὸ τοῦ	Plut. G. 18. οἱ δὲ πρότερον ὑπὸ Οὐεργινίῳ γενόμενοι — μεγάλων μὲν ἀξιοῦντες αὑτοὺς διὰ τὴν	Suet. G. 16. Sed *maxime fremebat superioris Germaniae exercitus, fraudari se praemiis navatae* adversus

Γάλβα εὑράμενοι, ἐπὶ πλεῖον ἐφλέγμηναν.	*μάχην, ἣν ἐμαχέσαντο πρὸς Οὐίνδικα, μηδενὸς δὲ τυγχάνοντες, ἀπαρηγόρητοι τοῖς ἄρχουσιν ἦσαν.* (cnfr. etiam cp. 22.)	Gallos et Vindicem *operae.*

Hac occasione a Dione item atque a Plutarcho ducis prioris Verginii Rufi mentionem fieri, memoratu dignum est. Nec fragmentum illud Dionis, hoc loco ab editoribus insertum a Plutarcho discrepat:

Dio ibid.	Plut. 10.
Ῥοῦφος — παρὰ μὲν ἐκείνου οὐδὲν ὅ, τι ἄξιον εἰπεῖν εὕρατο.	*— ἀπήντησε τῷ Γάλβᾳ πρόσω χωροῦντι καὶ συνανέστρεψεν οὔτε ὀργῆς οὔτε τιμῆς ἐπιδήλου τυγχάνων.*

Quae de moribus et vita Vitellii a Dione hac occasione narrantur, quum apud reliquos non inveniantur, infra in quaestionem vocabimus; loci autem illius cp. 4. 2 *πρὸς μόνην τὴν εὐγένειαν κτέ* mentionem facimus, quum in oratione, quam Plutarchus militem quendam habentem facit, similia inveniantur cp. 22 *Οὐιτέλλιος, πατρός τε τιμητοῦ καὶ τρὶς ὑπάτου γενομένου κτέ.*

Quae deinde Romae gesta esse Dio, quamvis brevissime, narrat, arta propinquitate reliquas relationes attingunt [1]); cnfr. de Pisone:

Dio 5. 1.	Plut. 23.	Tac. h. I. 14.	Suet. 17.
Λούκιον Πείσωνα, νεανίσκον εὐγενῆ, ἐπιεικῆ, φρόνιμον κτέ.	*— Πείσωνα, Κράσσου καὶ Σκριβωνίας ἔκγονον, νεανίαν ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ τὸ κόσμιον καὶ αὐστηρὸν ἐμφανέστατα ἔχοντα.*	Piso, *M. Crasso et Scribon. genitus, nobilis* utrimque, *vultu habituque moris antiqui* etc.	Pisonem, *nobilem egregiumque juvenem* ac sibi olim probatissimum etc.

---

[1]) Neque ullius momenti est, quod Zonaras triginta, Tac. et Plut. viginti tres milites a partibus Othonis initio seditionis stetisse referunt.

Galbam, seditione militum cognita, ad reconciliandos sibi eorum animos internuncios misisse, Plutarchus non memorat; consentiunt autem Dio et Tacitus:

Dio 6. 1.	Tac. I. 31.
μαθὼν δὲ ὁ Γάλβας τὰ πρασσόμενα ἔπεμψέ τινας ἐς τὸ στρατόπεδον, ὡς καὶ μεταπεῖσαί σφας δυνησόμενος.	pergunt etiam in castra praetorianorum tribuni — si incipiens adhuc, et necdum adulta seditio *melioribus consiliis flecteretur*.

Quae de falso nuntio, Othonem interfectum esse, referuntur ad verbum consentiunt:

Dio 6. 2.	Tac. I. 35.	Plut. 26.
κἂν τούτῳ στρατιώτης τις, γυμνὸν τὸ ξίφος καὶ ᾑμαγμένον ἀνατείνων, κτἑ.	obvius J. A., speculator, *cruentum gladium* ostentans etc.	*— γυμνῷ τῷ ξίφει προσφερόμενος — ἔδειξε τῷ Γάλβᾳ τὸ ξίφος ᾑμαγμένον κτἑ.*

Post haec Galbam sacrificandi causa ad Capitolium tetendisse, Tacitůs omisit, consentiunt autem Dio et Plutarchus.

Dio 6. 3.	Plut. 26.
αὐτὸς δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς καὶ θύσων ὥρμησεν.	*ἐμβὰς ἐς τὸ φορεῖον ἐκομίζετο τῷ τε Διῒ θῦσαι — βουλόμενος.*

Maximis autem propinquitatis vinculis, quae de caede Galbae Dio et Plutarchus referunt, conjuncta sunt, nec Taciti relatio ab ornamentis rhetoricis aliena est:

Dio 6. 3.	Plut. 26.	Tac. I. 40.
καὶ αὐτῷ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ἀπαντήσαντες ἱππεῖς καὶ πεζοὶ ἐνταῦθα τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερέα τὸν αὐτοκράτορα [τὸν ὕπατον, τὸν καίσαρα Zon.] *πολ-*	*ἐμβαλόντος δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν — ἐφαίνοντο πρῶτον ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται — περιηκόντισαν τὸ φορεῖον, ὡς δ᾽ οὐκ ἔτυχον αὐτοῦ προσῆγον ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν. —*	igitur milites Romani — ac non *imperatorem suum inermem et senem* trucidare pergerent etc. —

λῶν μὲν βουλευτῶν παμπολλῶν δὲ δημότων παρόντων, κατέκοψαν καὶ τά τε ἄλλα τῷ σώματι αὐτοῦ ἐλυμήναντο, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαντες περὶ κοντόν ἀνέπειραν.	cp. 27 *περιπείραντα περὶ λόγχην καὶ ἀναπήλαντα πρεσβύτου πρόσωπον ἄρχοντός τε κοσμίου καὶ ἀρχιερέως καὶ ὑπάτου κτὲ.*	Tac. I. 44. *praefixa contis capita* gestabantur.

Extremam Galbae vocem varie a communi auctore proditam fuisse, notum est: Dio pro re verisimillimam, Plutarchus honestissimam elegit.

Jam autem, ordinem rerum sequentes, in rem incidimus, qua magna expositionis nostrae commutatio fieret, nisi quae obstant facile removeri possent. Invenimus enim, non solum Plutarchum in eo lapsum esse, ut Sempronium Densum imperatori opem tulisse tradat, sed in epitome etiam nostra idem legimus. Tacito autem et Suetonio testibus constat, Galbam indefensum cecidisse, et centurionem illum Pisoni auxilio venisse (Tac. I. 43). Sed res nihil habet negotii. Zonarae enim epitome conlata jam Mommsen (l. c. p. 368) monuit, Xiphilinum sua sponte haec addidisse videri. Quam opinionem aliis praeterea et gravibus argumentis firmare liceat, quorum maximum est, quod aliis etiam locis Xiphilinus Plutarchum adhibuit [1]); nec parvi momenti esse videtur, quod caedis Pisonis bis mentio fit: altera e Plutarcho, altera e Dione fluxisse videtur; tertium afferri potest, rem non suo loco, sed in fine narrationis esse commemoratam.

De ominibus, initio vitarum positis infra quaeremus. Ad vitam igitur Othonis transeuntes eodem scriptore eodem modo Dionem usum esse demonstrabimus.

---

[1]) cnfr. vit. Caes. ed. Dind. vol. V. p. 31 — *ὡς μὲν ὁ συγγραφεὺς* (Dio) *λέγει, ἀπέκτειναν* (Caesarem) *δι᾽ ἀλιτηριώδη τινὰ οἶστρον -κτέ. ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει καὶ ὁ Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις διδάσκει κτὲ.*

Aliquantum irae et studii in moribus Othonis describendis Dionem profiteri, jam supra dictum est, maximeque hac in re cum Suetonio consentit, item autem Tacitum et Plutarchum odia non posuisse, hi loci demonstrant:

Dio 7. 3.	Tac. I. 71.	Plut. Otho. 4.
πολλὰ καὶ μέτρια πρὸς θεράπειαν τῶν ἀνθρώπων ποιήσας, οὐχ ὅτι οὕτως ἐπεφύκει, ἀλλ' ὅτι οἰδούντων αὐτῷ διὰ τὸν Οὐϊτέλλιον τῶν πραγμάτων οὐκ ἤθηλε κτέ.	Otho interim contra spem omnium non deliciis neque desidia torpescere. *dilatae voluptates, dissimulata luxuria* etc. *falsae virtutes* etc.	*ἐθαύμαζον τὴν μεταβολήν, οἱ δ' ἀναγκαῖα πολιτεύματα πρὸς τὸν καιρὸν ἡγοῦντο δημαγωγοῦντος αὐτοῦ διὰ τὸν πόλεμον.*
	I. 78.	
	inter quae, *necessitate praesentium rerum* et instantibus curis excusata etc.	
Dio 8. 3.	ibid.	Sueton. 7.
τὸ γὰρ τῶν ἐπαιτίων εἰκόνας ἀποκαταστῆσαι, τό τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι καὶ τὸ τοῖς λοιποῖς τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι πάνυ πάντας ἐξεφόβει.	ne tum quidem immemor amorum *statuas Poppaeae* per senatus consultum *reposuit* — et fuere, *qui imagines Neronis proponerent.*	certe et *imagines statuasque ejus reponi passus* est et *procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit.*

Serviliter illa ab Othone acta et a Tacito temporum ordine antea memorata (a Plutarcho autem et Suetonio omissa) consentiunt fere ad verbum:

Dio 8. 1.	Tac. I. 36.
τῇ ὑποκρίσει σχήματος ἐμετρίαζε, φιλήματά τε ὡς	nec deerat Otho, protendens manus, adorare vulgum, *ja-*

ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε, καὶ ὑπισχνεῖτο πολλά.	*cere oscula* et omnia serviliter pro dominatione.

Digna etiam, quae conferantur, haec sunt:

Dio 8. 1.	Tac. I. 47.	
ἡ μέντοι βουλὴ πάντα τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα ἐψηφίσατο.	adcurrunt patres: *decernitur Othoni* tribunicia potestas et nomen Augusti *et omnes principum honores*.	
		Suet. 7.
βεβιάσθαι μὲν γὰρ καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἄκων ἐσῆχθαι κἀνταῦθα ἀντιλέγων κεκινδυνευκέναι ἔλεγε, καὶ τά τε ἄλλα ἐπιεικῶς ἐφθέγγετο.	Plut. Otho 1. ἐν δὲ συγκλήτῳ πολλὰ δημοτικὰ καὶ φιλάνθρωπα διαλεχθείς —.	dein vergente jam die ingressus senatum, positaque brevi ratione, *quasi raptus de publico et suscipere imperium vi coactus* gesturusque communi omnium arbitrio —.

Dio 8. 2.	Tac. I. 77.
πλὴν τότε καὶ βουλευτῶν συχνοῖς τοῖς μὲν καταδίκας ἀνίει τοῖς δὲ ἀλλ' ἄττα ἐχαρίζετο.	*redditus* Cadio Rufo, Pedio Blaeso, S. P. *senatorius locus*. repetundarum criminibus sub Claudio et Nerone ceciderant.
Dio 8. 2.	Tac. I. 78.
τοῖς δὲ ξένοις πολιτείαν ἐδίδου καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπηγγέλλετο.	*Lingonibus universis civitatem Romanam*, provinciae Baeticae Maurorum civitates dono dedit.

Quae ad licentiam militum illustrandam Dio cp. 9. 2. 3., quamvis sint brevissima, affert, accuratius quam a ceteris narrantur, quorum alius aliud omisit.

Falsum Neronem tum provenisse, de quo uberius Xiphilino Zonaras refert, Dio et Tacitus similiter tradunt, Plutarcho, vitam Othonis neque historiam Romanam scribente, mentionem ejus non faciente.

Actiones inter Othonem et Vitellium de pace servanda Tacitus aliter narrat, Dione cum Suetonio consentiente. Tacitus enim, invicem eos pecuniam et gratiam et quemcunque locum prodigae vitae legissent, obtulisse, mox quasi rixantes flagitia objectasse, tradit, Dio (cnfr. Xiph. et. Zonar.) Vitellium ab Othone saepenumero ad societatem imperii frustra esse impulsum. Continuo autem Dio, Tacitus et Plutarchus rursus consentiunt de rebus, quarum mentionem Suet. non facit:

Dio ap. Zonar. XI. 15.	Tac. I. 74.
— πρεσβευτὰς ἀπέστειλε φανερῶς. οὔτε δὲ ἀπεκρίνατί τι αὐτοῖς Οὐϊτέλλιος οὔτε ἀντέπεμψεν αὐτούς.	Otho — *rursus alios* — specie senatus *misit. Legati apud Vitellium remansere, promptius*, quam ut retenti viderentur.

Zon. ibid.	Tac. I. 88.	Plut. 5.
κἀκ τῆς Ῥώμης δὲ ἐξωρμήθη καὶ τοὺς πρώτους ἐξήγαγε.	*multos e magistratibus, magnam consularium partem Otho — secum expedire jubet.*	*καταλέγων δὲ τῶν ἐν τέλει συνεκδήμους, ἔταξεν ἐν αὐτοῖς κτἑ.*

Omen ante pugnam Cremonensem apparens plane iisdem verbis Dio et Tacitus describunt:

Dio 10. 3.	Tac. II. 50.
ὅπου γέ φασι πρὸ τῆς μάχης ἄλλα τε φανῆναι σημεῖα, καί τινα ὄρνιν ἐξαίσιον, ὁποῖον οὐπώποτε ἑοράκασιν, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὀφθῆναι.	die, quo Betriaci certabatur, *avem invisitata specie* apud Regium Lapidem celebri loco consedisse, *incolae memorant.*

Jam autem, rerum ordinem sequentes, incidimus apud Dionem in mentionem rei e Suetonio insertae, qui Oth. cp. 10. patre auctore refert, „militem manipularem, cum cladem exercitus nunciaret nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendaci nunc timoris quasi fugisset ex acie argueretur, manus sibi attulisse.“ Manifesto hoc exemplo docemur, diligentissime Dionem in historia scribenda versatum esse, et testimonium

hoc eorum est, quae LIII. 19 dicit: *ὅθεν περ καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἑξῆς — φράσω — προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας ἐς ὅσον ἐνδέχεται, ἐν οἷς ἄλλα τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλλούμενον, ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων ἢ καὶ ἤκουσα ἢ καὶ εἶδον τεκμήρασθαι.* Quum enim Suetonio hac de re majorem fidem haberet quam auctori, e quo reliqua hauriebat et qui idem facinus fortasse errans alio loco narraverat (cnfr. Tac. h. III. 54), sine ulla dubitatione relationi suae eam inseruit [1]), nam quae sequuntur, ad verbum cum Tacito, Suetonio et Plutarcho convenientia, e communi illo auctore fluxerunt; cnfr. enim:

Dio 12.	Tac. II. 46.	Suet. 9.	Plut. 15.
πάντων ἑτοίμως ἐχόντων ἀναμαχέσασθαι, αὐτοί τε γὰρ συχνοὶ ἦσαν καὶ ἕτεροι ἐκ Παννονίας παρῆσαν — ἐφίλουν τε τὸν Ὄθωνα καὶ πᾶσαν αὐτῷ εὔνοιαν οὐκ ἀπὸ τῆς γλώττης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ψυχῆς εἶχον.	non ' exspectavit *militum ardor* vocem imperatoris. *bonum animum habere jubebant, superesse adhuc novas vires* et ipsos extrema passuros ausurosque. *Neque erat adulatio.*	— residuis integrisque etiam nunc quas secum ad secundos casus detinuerat, *et supervenientibus aliis e Dalmatia Pannonia et Moesia*, ne victis quidem adeo efflictis, ut non in ultionem etc.	*τὸ δὲ τῶν στρατιωτῶν πάθος ἅπασαν ὑπερέβαλε πίστιν. κτέ.*

Zonar. XI. 15.	Tac. II. 48.	Plut. 15.
— ἱκετευόντων αὐτὸν, μηθ' ἑαυτὸν μήτε σφᾶς προδοῦναι.	— praetorii praefectus orabat, *ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret.*	*ἐδέοντο, μὴ σφᾶς ἐγκαταλιπεῖν, μὴ προδοῦναι τοῖς πολεμίοις, ἀλλὰ χρῆσθαι κτέ.*

Porro quae de morte Othonis narrantur accuratissime consentiunt:

---

[1]) Quem eundem locum Christensen l. c. p. 10 sq. in transitu attingens negat, eum e Suetonio fluxisse. Sed facere non possum, quin argumenta ejus vana habeam. Rectissime autem monet, ex hoc uno loco colligi non posse, Dionem Suetonio *studiose* usum esse, quam sententiam nonnulli protulerunt.

Zonaras. ibid. *ταῦτ' εἰπὼν εἰς τὸ δομάτιον ἀνεχώρησε, καί τινα τοῖς τε οἰκείοις καὶ τῷ Οὐιτελλίῳ ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιστείλας, τά τε γράμματα, ὅσα τινὲς αὐτῷ κατ' ἐκεῖνον ἐγεγράφεσαν ἔκαυσεν — καὶ καλῶν ἕνα ἕκαστον — ἠσπάζετο — καὶ ἐδίδου χρήματα κτέ.*	Tac. II. 48. *libellos epistolasque, studio erga se aut in Vitellium contumeliis insignes abolet, pecunias distribuit* etc. ibid. ut cuique actas *comiter apellatos* etc.	Plut. 16. *καὶ φιλοφρονούμενος διένεμε τῶν χρημάτων κτέ.*	Suet. 10. *quidquid deinde epistolarum erat,* ne cui periculo aut noxae apud victorem forent, *concremavit. Divisit et pecunias* ex copia praesenti domesticis.
Zon. ibid. *κἀν τούτῳ ταραχῆς γενομένης στρατιωτῶν ἐξῆλθε καὶ καταστήσας αὐτοὺς οὐ πρότερον ἀνεχώρησε πρὶν ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἄλλους ἀλλαχοῦ πέμψαι.*	Tac. II. 49. – illum *repens tumultus* avertit, nunciata consternatione ac licentia militum — vacavit abeuntium adloquiis *donec omnes inviolati digrederentur.*	Plut. 16. *— μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύραις — πάλιν οὖν προῆλθεν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν φοβηθεὶς κτέ. — ἀπελθεῖν ἐποίησεν εἴξαντας καὶ διατρέσαντας.*	Suet. 11. atque ita paratus intentusque jam morti *tumultu inter moras exorto,* ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit etc.
Dio 15. *καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ στρατιῶται ἀνείλοντο πενθοῦντες καὶ ἔθαψαν.*	ibid. *tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis.* —		
Zonar. ibid. *καί τινες αὐτῷ ἀπέσφαξαν ἑαυτούς.*	*quidam militum juxta rogum interfecere se.*	Plut. 17. *ἔνιοι δὲ — ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν.*	Suet. 12. *multi — ibidem statim nec procul a rogo vim suae vitae attulerunt.*

Consentiunt tandem extrema judicia de Othone:

Dio 15. 3.	Tac. II. 50.	Plut. 18.	Suet. 12.
κάκιστά γε μὴν ἀνθρώπων ζήσας κάλλιστα ἀπέθανε, καὶ	*duobus facinoribus, altero flagitiosissimo altero egregio tantundem*	*βιώσας γὰρ οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος ἀπέθανεν εὐγε-*	mors ejus minime congruens vitae majore miraculo fuit.

κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη.	*apud posteros meruit bonae famae quam malae.*	νέστερον — ἀπολιπὼν δὲ μὴ χείρονας μηδ' ἐλάττους τῶν τοῦ βίου αὐτοῦ ψεγόντων τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον.

Jam igitur ad finem capitis gravissimi pervenimus, ubi paululum consistentes breviter quae invenimus colligamus. Apparet, praeter illum locum Suetonii uno tantum scriptore, aequa et iniqua judicia de Galba et Othone ferente, Dionem usum esse, e quo more plurimorum veterum scriptorum ad verbum saepe sua excerpsit. Quae apud reliquos non inveniuntur non ejusmodi sunt, ut ex alio scriptore inserta videantur.

De auctore illo Taciti et Plutarchi, quibus Dionem aggregasse mihi videor, sententias virorum doctorum discrepare notum est. H. Peter et Th. Mommsen e commentariis Cluvii Rufi, H. Nissen ex historiis Plinii eos hausisse, statuerunt.

Nec facere possum, quin hujus v. d. sententiam, firmissimis, ut mihi videtur, argumentis confirmatam [1]) sequar, quibus nova quidem, e Dione collecta, jam addere non possum, nisi fortasse alicujus momenti est, quod aequa pariter atque iniqua de Galba et Othone judicia ab auctore Dionis verissimo collecta esse apparet, quod Cluvium Rufum, factionum certaminibus intentum, fecisse vix credam; sed argumentum illud a laudibus Verginii Rufi depromptum (cnfr. Nissen p. 545) Dione conlato firmius statuitur.

Age vero, veri est simillimum, Dionem non in solis Galbae et Othonis vitis describendis, sed etiam in rebus superioribus et insequentibus enarrandis Plinii opere, fonte uberrimo, usum esse. Quam conjecturam comparatione Dionis cum Tacito praecipue et Suetonio longius instituta ad certum redigemus. Neque est, quod hoc loco denuo prematur et singulatim probetur, Tacitum a Dione minime esse adhibitum, nam ipsa

[1]) cnfr. Nissen l. c. imprimis p. 507 sq. p. 530 sq. p. 532 sq.

comparatione infra instituta clarius apparebit, e communi illo fonte, quo ex suo quisque ingenio usus est [1], quae consentiunt, fluxisse. Summatim afferre liceat: quamvis breviter omnino res gestae a Dione enarrentur, tamen singula Taciti relationi ceteroquin simillima accuratius memorantur, alia paululum discrepant, alia a Tacito non traduntur aut plane discrepant.

Capitibus 2—7, quibus mores Vitellii describuntur, hoc loco omissis, ad continuam narrationem primum nos convertentes non solum seriem et lineamenta narrationum plane eadem esse, sed ad verbum etiam utrumque scriptorem saepissime consentire per capita decurrentes demonstrabimus.

Quemadmodum Vespasianus animi fluctuans a Muciano, qui oblique ab utroque scriptore hac occasione perstringitur (Dio LXV. 8. 4. *ἐλπίσας τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον ἕξειν, αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ ἰσομοιρήσειν* — Tac. II. 83 Mucianus — socium magis imperii, quam ministrum agens etc.) firmatus universi exercitus conclamatione imperator appellatus sit, similiter narratur. Ostenta Vespasiano non defuisse, Dio memorat, item Tac. II. 78 ominum mentionem facit, e quibus alterum cum Dione LXVI. 1. 3 fere ad verbum consentit (cnfr. infra). Pecuniae maxime opus fuisse, uterque refert, cnfr. Dio 9. 2. *καὶ συνέλεγε χρήματα, ὧν που καὶ τὰ μάλιστα ἔχρῃζε* Tac. II. 14 sed nihil aeque fatigabat, quam pecuniarum conquisitio.

Mucianum contra Vitellium praemissum legiones Moesiae et Pannoniae non exspectant, vi praecipue Antonii Primi, cujus ad vitam ante actam uterque hac occasione, Dione accuratiore, respicit:

Dio 9. 3.	Tac. II. 86.
Ἀντώνιον Πρῖμον, φυγόντα μὲν ἐκ καταδίκης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, καταχθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Γάλβα καὶ τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέδου ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν.	(Antonius Primus) legibus nocens *et tempore Neronis falsi damnatus*, inter alia belli mala senat. ordin. reciperaverat. Praepositus a Galba septimae legioni etc.

[1] Partes a Plinio alienas Nissen a. l. p. 542 sq. e Tacito segregare conatus est.

Quibus absolutis et vitae Vitellii luxuriose interim gestae mentione facta (Dio 10. 1. Tac. II. 87) Alienum Caecinam et Valentem ad bellum praemissos esse, narrant (Tac. II. 99).

De defectione Caecinae quomodo Dio judicaverit, omissum non faciendum est. Qui ubi videt, milites suos propter delicias urbis dissolutos nimioque otio effeminatos esse factos, Vespasianos autem esse corporibus exercitatis magnisque animis, timere coepit. Neque tamen de proditione cogitat, sed ab Antonio Primo literis benignis pellicitur.

Studiosissime igitur proditio excusatur, Tacito II. 101 auctorem de corruptis in adulationem causis defectionis tradendis vituperante. Auctorem Dionis, Plinium, Caecinae studiosum fuisse praeterea hic locus fortasse docet: (10. 4) *καὶ τὸν Ἀλιηνὸν — ἔδησαν, οὐδὲν οὐδὲ τῆς ὑπατείας αὐτοῦ προτιμήσαντες κτἑ.*

In pugnis, Bedriacensi et Cremonensi [1]), describendis Tacitus, non unum Plinium secutus [2]), interdum a Dione discrepat, qui nonnulla etiam a Tacito non commemorata refert. Lunae enim defectionem ante pugnam fuisse, exercitum utrumque vicissim, ut ad se deficerent, hortatum, inter pugnandum amice collocutum esse et cibum potumque sumpsisse, Tacitus non tradit. Tamen auctoris communis multa vestigia inveniuntur, utroque narrante, proelium non ex longa praeparatione sed subito factum esse, cnfr.:

Dio 11. 4.	Tac. III. 15.
ἡ δὲ δὴ μάχη οὐκ ἐκ παρασκευῆς ἐγένετο, ἀλλ' αἰφνίδιον ὀλίγοι τινὲς τῶν ἱππέων, οἷα παρὰ τοῖς ἀντιστρατοπεδευομένοις γίγνεται, τοῖς προνομεύουσιν τῶν ἑτέρων ἐπέθοντο.	— auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missae, *ut, specie parandarum copiarum* civili praeda etc. *exploratores, ut mos est*, longius curabant. etc.

(Dio 12. 1. — *καίπερ καὶ γνωρίζοντες ἀλλήλους καὶ λα-*

---

[1]) Quae Xiphilini fortasse culpa in unam quasi Cremonae editam confusae sunt.

[2]) cnfr. Nissen a. l. p. 536 sq.

λοῦντες σφίσιν κτέ. Tac. III. 22 eadem utraque acie arma: *crebris interrogationibus* notum pugnae signum etc.).

Mulieres ex oppido cibos Vitellianis adtulerunt:

Dio 13. 3.	Tac. III. 32.
ὁπότε καὶ σιτία καὶ ποτὰ αἵτε γυναῖκες ἐκ τῆς πόλεως τοῖς τοῦ Οὐϊτ. στρατιώταις — ἔδωκαν.	— *et praebiti in acie Vitellianis cibi:* caesae quaedam mulieres, studio partium ad praelium progressae.

Praeterea cnfr. facinus praeclarum duorum illorum Vespasianorum:

Dio 14. 1.	Tac. III. 23.
ἔνθα δὴ καὶ τοιόνδε τι δύο ἄνδρες τῶν Οὐεσπασ. ἔπραξαν. ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐκ μηχανήματός τινος ἐβλάπτοντο, ἀσπίδας τε ἐκ τῶν Οὐϊτελλ. σκύλων ἥρπασαν, καὶ τοῖς ἀντικαθεστηκόσι μιχθέντες ἔλαθον μέχρι τῆς μηχανῆς ἐλθόντες ὡς καὶ ἐκείνων ὄντες καὶ τὰ σχοίνια αὐτῆς διέκοψαν, ὥστε μηδὲν ἔτι βέλος αὐτῆς ἀφεῖναι δυνηθῆναι.	*Magnitudine eximia — balista, ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulissent, ni duo milites praeclarum facinus ausi adreptis e strage scutis ignorati vincla ac libramenta tormentorum abscidissent.*

Salutatio illa legionis Syriacae, a Dione accuratius notatae, ad victoriam Vespasianorum momentum affert, cnfr.:

Dio 14. 3.	Tac. II. 24. 25.
ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ τρίτου στρατοπέδου τοῦ Γαλατικοῦ καλουμένου καὶ ἐν Συρίᾳ χειμάζοντος, τότε δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ τοῦ Οὐεσπ. μερίδι ὄντες, ἀσπασαμένον αὐτὸν ἐξαίφνης ὥσπερ εἰώθεσαν, ὑποτοπήσαν-	— *et orientem solem* (ita in Syria mos est) *tertiani salutavere. Vagus inde — rumor, advenisse Mucianum, exercitus invicem salutasse* etc.

τες οἱ τοῦ Οὐϊτ. τὸν Μουκιανὸν παρεῖναι ἠλλοιώθησαν καὶ ἡττηθέντες ὑπὸ τῆς βοῆς ἔφυγον.

Vitelliani intra moenia Cremonae regressi Caecinam vinculis exemtum ad victores mittunt:

Dio 14. 4.	Tac. III. 31.
ἔλυσαν τὸν ὕπατον, καὶ αὐτὸν τῇ τε ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ τοῖς ῥάβδοις κοσμήσαντες ἔπεμψαν ἀνθ' ἱκετηρίας.	*catenas Caecinae — exsolvunt.* — Sed ubi Caecina, *praetexta lictoribusque insignis* — consul incessit etc.

Excidium Cremonae simillime ab utroque scriptore describitur [1]) cnfr. Dio 15. 1. *ἥτε γὰρ πόλις καὶ μεγέθεσι καὶ κάλλεσιν οἰκοδομημάτων ἤσκητο καὶ χρήματα παμπληθῆ καὶ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν ξένων ἐς αὐτὴν συνεληλύθει:* Tac. III. 32. *tempus quoque mercatus ditem alioqui coloniam* majorum opum specie complebat.

Numerum occisorum Tacitus, ut assolet [2]), omisit.

Quibus enarratis ad Vitellium Dio se convertit, Tacito (III. 36. 54) eundem ordinem sequente. Prodigia, hoc loco a Tacito narrata, Dio e communi fonte excerpens confudisse videtur. qua de re cnfr. infra.

Quomodo Vitellius de clade Cremonensi certior factus se gesserit simile uterque (Dio 16. 3. Tac. III. 56 sed praecipuum ipse Vitellius ostentum erat etc.) depingit. Nec praeterea vestigia ejusdem auctoris desunt:

Dio 16. 2.	Tac. III. 58.
καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν διὰ ταχέων ἐς Ταρρακῖναν ἔπεμψε, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν πόλιν κατέσχεν ὀχυρὰν οὖσαν.	— *L. Vitellium fratrem* cum sex cohortibus — *ingruenti per Campaniam bello opposuit.* cp. 76. 77.

De conjuratione Sabini cum consulibus aliisque primoribus facta, de morte ejus et de expugnatione Capitolii plane con-

---

[1]) Plinium, Vespasianis amicum, haec fortasse verba significant: Dio 15. 2. *καὶ τά γε πλείω κακὰ οἱ Οὐϊτελλίειοι ἔδρασαν.*

[2]) cnfr. Orosius adv. pag. h. VII. 10.

sentiunt, nisi quod Dio, direpta esse omnia, quae in Capitolio reposita essent donaria, narrat, Tacito diserte tradente, Capitolium clausis foribus, indefensum et indireptum conflagrasse. (Sed ipsam hanc aliam traditionem, cujus Dio mentionem facit, Tacitus correcturus esse videtur.)

Sabinum S. f. cum Domitiano effugisse, Dio solus tradit.

In expugnatione Romae describenda Dio de rebus minoris momenti interdum a Tacito discrepat, qui et ad Cerealem et ad Antonium legatos missos esse tradit, Dio autem eosdem primum Cereali, tum Antonio occurrisse narrat. Praeterea apud Tacitum non invenimus, Vespasianos „per internuncios quosdam, nunc in defunctorum loculos, nunc in corbes fructus continentes, nunc in aucupum arundines conjectis literis“, omnia quae in urbe facta essent, edoctos esse. Eodem autem scriptore utrumque varie usum esse, non pauca vestigia exstant: cnfr. de Cereale:

Dio 18. 1.	Tac. III. 59.
— *Κύιντος Πετίλιος Κερεάλιος βουλευτὴς τῶν πρώτων καὶ τῷ Οὐεσπασιανῷ κατ᾽ ἐπιγαμίαν τινὰ προσήκων* —.	*propinqua adfinitas Cereali cum Vespasiano.*

Cerealis primo equestri proelio vincitur:

Dio 18. 3.	Tac. III. 79.
καὶ πρότερος τῇ πόλει μετὰ τοῦ ἱππικοῦ Κερεάλιος προσμίξας ἡττήθη μὲν κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἔσοδον, ἅτε ἐν στενῷ μεθ᾽ ἱππέων ἀποληφθεὶς κτέ. — Οὐιτέλλιος — τοὺς στρατιώτας ἀνεχαίτισεν.	Et Petilio Cereali equestre proelium adversum fuerat — pugnatum, haud procul urbe *inter aedificia hortosque et anfractus viarum*, quae gnara Vit. incomperta hostibus. — *non ultra Fidenas secutis victoribus.*

Si ab iis, quae modo de legationibus dixi, discesseris, relationes plane consentiunt; cnfr.:

Dio 18. 3.	Tac. III. 80.
καὶ τὴν βουλὴν συναγαγὼν πρέσβεις παρ᾽ αὐτῶν	*mox vocato senatu, deliguntur legati* ad exercitus. — Qui Pe-

μετὰ τῶν ἀειπαρθένων πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψεν. ὡς δ' οὐδεὶς αὐτῶν ἐσήκουσεν, ἀλλ' ὀλίγου καὶ ἀπέθανον, πρός τε τὸν Πρῖμον καὶ αὐτὸν ἤδη προσπελάζοντα ἦλθον καὶ λόγου μὲν ἔτυχον, ἔπραξαν δὲ οὐδέν.	tilio Cereali occurrerant, *extremum discrimen adiere* etc. — Obviae fuere et *virgines Vestales* cum epistolis Vitellii ad Antonium scriptis — rescriptum — *Sabini caede etc. dirempta belli commercia.*

Etiam in iis, quae deinde gesta esse narrant, inveniuntur, quae conferantur:

Dio 19. 2.	Tac. III. 82.
— *οἱ ἱππεῖς καὶ κατὰ τοῦ νώτου σφίσιν ἐπέπεσον.*	— donec *ab equitibus* — *circumvenirentur.*

In caede Vitellii narranda, quam brevissime Tacitus, qua est verecundia, accuratius Dio describit, aliquantum ornamenti rhetorici item ac supra in caede Galbae consumptum esse invenimus. Fere ad verbum Dio, Tacitus et Suetonius, adhuc plerumque discrepans; in his consentiunt:

Dio 20. 1.	Tac. III. 84.	Suet. 16. 17.
ὁ Οὐϊτέλλιος φοβηθεὶς χιτωνίσκον τε ῥακιώδη καὶ ῥυπαρὸν ἐνέδυ καὶ ἐς οἴκημα σκοτεινόν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρίφθη, γνώμην ἔχων τῆς νυκτὸς ἐς τὴν Ταρρακῖναν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀποδρᾶναι.	Vitellius — *pudenda latebra semel occultans.* — [ut si diem latebra vitavisset, *Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret.* —]	confugit in cellulam janitoris, religato pro foribus cane, lectoque et culcita. — [— *ut inde in Campaniam fugeret.* —]
καὶ αὐτὸν — οἱ στρατιῶται ἐξευρόντες — συνέλαβον φορυτοῦ καὶ αἵματος ἀναπεπλησμένον, ὑπὸ γὰρ τῶν κυνῶν ἐλελύμαντο, κἀκ	ab Julio Placido tribuno cohortis protrahitur. —	ab his extractus e latebra. —

τούτου τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιῤῥήξαντες καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω δήσαντες, τῷ δὲ αὐχένι σχοίνιον περιθέντες — καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ ἔσυραν τὸν αὐτοκράτορα — καὶ οἱ μὲν ἐῤῥάπιζον αὐτὸν	*vinctae pone tergum manus: laniata veste,* foedam spectaculum ducebatur.	*donec religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa* seminudus in forum tractus est inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viae sacrae spatium redacto coma capite. —
— πάντες δὲ ἔσκωπτον —	*multis increpantibus.* —	
τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ ἐπιλέγοντες, ἐπειδὴ καὶ γαστροπίων ἦν.		[*venter obesus.*]
αἰσχυνομένου τε καὶ κάτω βλέποντος οἱ στρατιῶται αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπεκέντουν, ἵνα καὶ ἄκων ἄνω βλέπῃ.	*Vitellium infestis mucronibus coactum modo erigere os,* et offerre contumeliis.	*atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut visendam praeberet faciem, neve summitteret.*

Item consentiunt Dio et Tacitus de Germano milite, imperatori opem ferente, et de voce Vitellii, quas duas res Suetonius non habet.

Sortem propinquorum Vitellii Tacitus ut ferebat temporum ordo in contextu operis (IV. 2. 80) memorat, Dione omnia, quae ad Vitellium spectant, hoc loco absolvente.

Efficitur igitur ex hac comparatione, Dionem, item atque in vitis Galbae et Othonis describendis, hic etiam omnia sua ex eodem, quo Tacitus usus est, fonte — Plinio hausisse; nam quae a Tacito discrepant aut apud eum non inveniuntur, non ejusmodi esse videntur, ut ex alio scriptore Dionem ea inseruisse statuamus. Certe, si fortasse rebus Plinianis quid inseruit, quibus locis id factum sit, cognosci non potest.

Item quod quidam constare dicunt, Dionem plurima eorum, quae de vita privata imperatorum refert, e Suetonio hausisse, an recte affirment, dubitem [1]). Conferamus, quae de priore vita et moribus Vitellii Dio tradidit, cum Suetonio. Trium illarum narratiuncularum, quas vitam Galbae in quaestionem vocantes omisimus (LXIV. 4. 2. sq.), prima tantum, Vitellium Tiberio in deliciis fuisse, apud Suetonium cp. 3 invenitur. Inter ea, quae initio libr. LXV Dio refert, alia Suetonius non habet (sic Vibii Crispi illud facete dictum 2. 3. quantum, quo tempore Vit. principatum tenuit, consumpserit 3. 2. Galeriae, uxoris Vit., derisus, quod in regia parum muliebris ornatus reperisset 4. 2. Omnia illa, quae egregie a Vit. gesta esse Zonaras memorat, alia); alia ab utroque relata aut paululum discrepant aut accuratius a Dione memorantur, ut statuendum sit, utrumque eundem adhibuisse scriptorem cnfr. :

Dio 1. 4.	Suet. 14.
πρόγραμμα ἔθετο, δι᾽ οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε, προειπὼν σφισιν ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας, ῥητήν τινα τάξας, ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας χωρῆσαι. καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι νυκτὸς ἀντιπροθέντες γράμματα ἀντιπαρήγγειλαν, ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου ἐντὸς τῆς ἡμέρας ἐν ᾧ ἐτελεύτησε.	— exacerbatus, quod post edictum suum, quo jubebat intra Kl. Oct. urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus propositus est, et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vit. Germ. intra eundem Calendarum diem usquam esset.

alia ita consentiunt, ut e Suetonio fluxisse *videri* possint. Quum autem non pauca cum Tacito etiam consentiant, cnfr. de Helvidio Prisco Dion. 7. 1. Tac. II. 91 de inferiis Neronis D. 7. 2. Tac. II. 95. Suet. 11. porro:

Dio 3. 2.	Tac. II. 95.
καὶ τί ἄν τις καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν καταλέγοι, ὁπότε πρὶς	*novies millies sestertium, pau-*

[1]) Idem negat Christensen l. c. p. 8 sq., qui contendit, in Neronis vita scribenda non Suetonium a Dione adhibitum esse, sed communem ab utroque fontem.

πάντων ὁμοίως ὡμολόγηται, δύο τε αὐτὸν μυριάδας μυριάδων καὶ δισχιλίας πεντακοσίας ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι.

cissimis mensibus interverisset creditur.

facere non possumus, quin statuamus, maximam partem eorum, quae de moribus Vitellii cp. 2—7 narrantur, e Plinio esse haustam, qui, qua erat diligentia et curiositate, hujusmodi narratiunculas studiose collegerit, paucissima e Suetonio [1] *fortasse* fluxisse.

Quod idem de ominibus a Dione relatis statuendum est. Quum autem haec res alicujus sit momenti, accuratam quaestionem de iis, quae inde a morte Claudii frequentissima inveniuntur, instituamus.

Ante mortem Claudii septem omina, quae acciderunt, Dio LX. 35 affert, Suetonio tria narrante, e quibus duo cum duobus Dionis consentiunt [2].

Dio 35. 1.	Suet. 46.
ἐς τοῦτό τε ἀστὴρ ὁ κομήτης ἐπὶ πλεῖστον ὀφθείς, καὶ ἡ ψεκὰς ἡ αἱματώδης — καὶ ὅτι ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησε [3].	— *exortus crinitae stellae,* quam cometen vocant — et quod eodem anno *ex omnium magistratuum genere plerique mortem obierant.*

Nullo modo fieri potuit, ut aliquis apud Suetonium legens: „Nero natus est — XVIII Kl. Jan. tantum quod exoriente sole, paene ut radiis prius quam terra contingeretur" sic scriberet: *ἀκτῖνες γὰρ τικτόμενον αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἕω ἐξ οὐδεμιᾶς τῆς ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς περιέσχον.* Praeterea Dio solus astrologi dictum et Agrippinae responsum affert. De

---

[1] Et aliunde, cnfr. Hadriani imp. mentionem 3. 3.

[2] Mirum esset, si haec tantum, quorum alterum praeterea accuratius refert, e Suetonio sumpsisset, tertio omisso.

[3] Tacit. ann. XII. 64. numerabatur inter ostenta deminutus omnium magistratuum numerus.

voce autem Domitii, Neronis patris, ad verbum Dio et Suet. consentiunt; et ad sensum quidem Dio, Tacitus et Suetonius hoc loco:

Dio LXI. 2. 4.	Tac. XI. 11.	Suet. N. 6.
προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου λεβηρὶς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος παιδίου ἔτ᾽ ὄντος εὑρεθεῖσα, παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν, ὅτι ἰσχὺν κτἑ.	vulgabaturque, *adfuisse infantiae ejus dracones in modum custodum.*	— deprensis in lecto *ejus circum cervicalia serpentis exuviis.* —

Prodigia, quae ante necem Agrippinae et post eam intercessere, sex a Tacito XIV. 10. 12 afferuntur, Dione LXI. 14. 4. 16. 4 quinque narrante, e quibus bina ad idem factum spectant, cnfr.:

Dio.	Tac.
καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ὑπὸ σαλπίγγων δή τινων πολεμικόν τι καὶ θορυβῶδες ἐκ τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ τὰ τῆς Ἀγριππίνης ὀστᾶ ἔκειτο, ἠχουσῶν ἐδειματοῦτο.	et erant, qui crederent, *sonitum tubae collibus circum editis planctusque tumulo matris audiri.*

Dio.	Tac.
ὁ μέντοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γενομέναις ἔξελιπεν. —	*jam sol repente obscuratus.*

Neque haec, neque omina ante cladem Britannicam facta, Suetonius habet, e quibus haec aliqua ex parte cum nonnullis a Tacito relatis consentiunt, nec tamen ita, ut ex eo Dio hausisse possit:

Dio.	Tac. XIV. 32.
ἔκ τε γὰρ τοῦ βουλευτηρίου θρους νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ᾽ οἰμωγῆς ἐξηκούετο, μη-	*externosque fremitus in curia eorum auditos; consonuisse ululatibus theatrum,*

δενὸς ἀνθρώπων μήτε φθεγγομένου μήτε στένοντος,	
οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ὕφυδροι ἑωρῶντο	*visamque speciem in aestuario Tamesae subversae coloniae,*
καὶ ὁ ὠκεανὸς ὁ μεταξὺ τῆς τε νήσου καὶ τῆς Γαλατίας αἱματώδης ποτὲ — ηὐξήθη.	*jam Oceanum cruento aspectu.*

Prodigia Neroni Isthmum perfodere aggresso evenisse (D. LXIII. 16), Suetonius non memorat.

Tria omina mortem Neronis significantia Dio LXIII. 26. enarrat, Suetonio cp. 46. decem afferente, e quibus haec sola aliquo modo consentiunt:

Dio 26. 5.	Suet. 46.
αἵ τε τοῦ μνημείου τοῦ Αὐγουστείου καὶ αἱ τοῦ κοιτῶνος τοῦ ἐκείνου, αὐτόμαται ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἀνεῴχθησαν. (scil. θύραι.)	de *Mausoleo*, *sponte foribus patefactis*, exaudita est vox. —
28. 1.	48.
καὶ αὐτοῦ ταῦτα πράσσοντος σεισμὸς ἐξαίσιος ἐγένετο κτέ.	Statimque *tremore terrae* et fulgure adverso pavefactus —.

Quinque omina ad imperium Galbae spectantia initio libri LXIV invenimus, quae fere ad verbum cum nonnullis a Suetonio narratis consentiunt, cnfr.:

Dio 1. 3.	Suet. 8.
καὶ παῖς λιβανωτὸν αὐτῷ θύοντι προσφέρων πολιὰς ἐξαίφνης ἔφυσεν, καὶ οἱ μάντεις τὴν τοῦ νεωτέρου ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτοῦ μεταστήσεσθαι ἔφησαν.	accidit, ut — *puero e ministris acerram tenenti capillus repente toto capite canesceret, nec defuerunt, qui interpretarentur — successurum juveni senem, hoc est ipsum Neroni.*

item τήν τε γὰρ τύχην ἔδοξε κτέ. Suet. 4. somniavit Fortunam dicentem etc. καὶ πλοῖα ὅπλων μεστὰ κτέ. Suet. 10. ac sub-

inde Alexandrina navis etc. Quum autem illud: ἡμιονός τε ἔτεκεν κτέ. a Suetonio discrepet, et praecipue quum vox illa καὶ σὺ τέκνον κτέ. a Suetonio Augusto tribuatur, a Dione et Tacito, ann. VI. 20 Tiberio, dubito an statuendum sit, illa e Suetonio esse hausta.

Alterum prodigiorum, mortem Othonis indicantium a Suetonio discrepat, cnfr.:

Dio 7. 1.	Suet. 7.
θύοντί τε γὰρ αὐτῷ τὴν πρώτην θυσίαν τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὤφθη, ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν· τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; ἔστι δὲ τοῦτο κτέ.	postridie quoque in augurando tempestate orta graviter prolapsum identidem obmurmurasse: Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;

alterum consentit cnfr. Dio καὶ μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς κτέ. Suet. 7. dicitur ea nocte per quietem etc.

Prodigium ante proelium prius Cremonense factum e communi fonte fluxisse, supra, Tacito conlato, demonstravimus. Item illa LXV. 16. 1. excerpendo confusa esse videntur, cnfr. enim:

Dio.	Tac. III. 56.
θύσαντος γὰρ αὐτοῦ θυσίαν τινά, καὶ ἐπ' αὐτῇ δημηγοροῦντος τοῖς στρατιώταις, γῦπες πολλοὶ προσπεσόντες τά τε ἱερὰ διεσκέδασαν καὶ ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ βήματος ὀλίγου δεῖν κατέβαλον.	*concionanti* (prodigiosum dictu) *tantum foedarum volucrum supervolitavit*, ut nube atra diem obtenderent. Accessit dirum omen, *profugus altaribus taurus, disjecto sacrificii adparatu* etc.

Neque haec apud Suetonium, neque illa a Dione cp. 8 narrata apud Tacitum et Suetonium inveniuntur.

Omina ad imperium Vespasiani spectantia eo loco, ubi in auctore suo invenit, Dionem omisisse, supra diximus, et ad verbum in nonnullis enarrandis cum Tacito consentit, (in quibus Suetonium non esse adhibitum hac comparatione apparebit):

Dio LXVI. 1.	Tac. II. 78.	Suet. 5.
κυπάρισσός τε περιφανὴς πρόῤῥιζος ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος ἀνατραπεῖσα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίᾳ ὑφ᾽ ἑαυτῆς ἀνέστη καὶ ἀκμάζουσα διετέλεσε.	*cupressus arbor* in agris ejus, *conspicua altitudine*, repente prociderat *ac postera die, eodem vestigio resurgens, procera et altior virebat.*	arbor quoque cupressus in agro avito *sine ulla vi* tempestatis evulsa radicitus — *insequenti die viridior ac firmior resurrexit.*

Hoc a Dione accuratius narratur:

Dio.	Suet. 5.
βοῦς τε γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ, ἐν ᾧ τὴν δίαιταν ὡς πλήθει ἐποιεῖτο, δειπνοῦντι προσελθὼν ὤκλαζε καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπέθηκε.	caenante rursus, bos arator decusso jugo triclinium irrupit, ac fugatis ministris quasi repente defessus etc.

Reliqua ita consentiunt, ut e Suetonio fluxisse videri possint.

Summa igitur efficitur, paucissima tantum prodigia ita instituta esse, ut ex ipso Suetonio sumpta esse *videantur*, plurima ita, ut communis fons (Plinius [1])) statuendus sit.

Jam quaestio existit, a quo fere anno Plinius historiarum, „a fine Aufidii Bassi triginta unus“ inscriptarum, initium fecerit; nam quem ad finem Aufidius Bassus opus adduxerit non traditum est. Carolus Nipperdey [2]), inde a Nerone, quum in prioribus libris Plinius a Tacito testis non proferatur et

[1]) De quo cogitanti mihi non forte accidisse videtur, ut Dio omina, quibus Othoni et Vitellio imperium significatum sit, nam habeat, sed mala tantum iis accidisse narret, qua re illegitima eorum imperia fuisse, nec rebellasse Vespasianum, fortasse Plinius demonstrare voluit. cnfr. Nissen a. l. p. 513 sq.

[2]) praef. ed. Tac. VI. pag. XXV. Rh. Mus. XVII.

ipse in historia naturali historias suas commemorans ad tempora ante Neronem non spectet, eas orsas esse censuit, vel a morte Messalinae, quum ab anno LI. p. Chr. prodigia a Tacito afferantur. Theodorus Mommsen [1]), ad annum XXXI. p. Chr. Aufidii opus pertinuisse, ut opinetur, ea re adductus est, quod Cassiodorus Senator a fine T. Livii usque ad hunc tantum annum ex eo consulum seriem excerpsit.

Facere non possum, quin argumenta a C. Nipperdey prolata graviora habeam, praecipue, quum e Dione colligi possint, quae opinionem, Plinium aliquo loco vitae Claudii orsum esse firmant [2]). Insigne enim est, quod inde a capite 26 libr. LX omina crebrerrima lectori occurrunt, quae quidem in libris qui antecedunt multo rarius inveniuntur [3]). Quo accedit, ut inde a vita Neronis in initio vitarum multa posita sint. Quod a Xiphilino institutum esse vix credam, qui cum omnino ordinem rerum non mutaverit, tum prodigia tam illustri loco non posuit; acerbissime enim Dionem propter nimiam portentorum admirationem vituperat [4]). Praeterea afferre liceat, consensum inter Tacitum et Dionem multo frequentiorem in vita Tiberii describenda, quam in iis, quae de Claudio et Nerone referuntur, existere, qua e re quoque, mutationem aliquam fontium evenisse, conjectari potest.

Perducor igitur, ut credam, alicubi [5]) in vita Claudii scri-

---

[1]) Abhandl. d. sächs. Ges. d. Wiss. VIII. (philol.-hist. Cl. III) Lpz. 1861. p. 558.

[2]) Qua de opinione me deducere non possunt quae Christensen p. 60 sq. explicat, demonstraturus, Aufidium usque ad Tiberii tantum interitum pervenisse. Argumenta enim ejus omnia talia sunt, quale hoc: „nam etsi in libris, quos de bellis, quae Romani in Germania umquam gesserunt, composuit, hunc (scil. locum, quo Gajus Caligula natus sit) commemorare potuit Plinius, aptius tamen videtur, si initio imperii Gai hunc locum ab eo nominatum esse statuamus.“

[3]) Haec sola inde a libro LVII inveni: LVII. 14. 18. 19. LVIII. 5. 7. 26. 27. LIX. 12. (LX. 26).

[4]) cnfr. ed. Sturz. VII. p. 676. ed. Dind. V. p. 51. 72.

[5]) Aufidium mediis in rebus ab imperatore aliquo gestis institisse, neque ac certum finem, qualis mors alicujus imperatoris est, pervenisse, inscriptio quoque operis Pliniani: ‚a fine Aufidii Bassi‘ significare videtur, cnfr. Taciti ‚ab excessu divi Augusti’ libri.

benda (fortasse ab anno 44. p. Chr.) Plinium initium operis fecisse [1]).

Restat igitur, ut comparatione a Thamm et Froitzheim de vita Tiberii instituta nisi, quae nobis videntur, explicemus et comparationem de vita Claudii, quod fieri possit, exequamur. Neronis vitam paucis absolvere possumus, quum in eo quod rem continet cum Christensen fere consentiam.

Et haec quidem ratio in vita Tiberii describenda inter Dionem, Tacitum et Suetonium intercedit:

Multa eorum, quae Dio et Tacitus tradiderunt, inter se simillima sunt, ut ad verba nonnumquam sibi respondeant, plerumque autem Dio in his simillimis locis res habet, omnino leves, quae apud Tacitum non inveniuntur; multa, a Dione de iisdem rebus tradita, plane a Tacito discrepant; interdum de factis consentiunt, de judicio distant inter se; nonnulla aliis annis gesta esse referunt. Porro multa apud Dionem inveniuntur, quae eodem modo et cum Tacito et cum Suetonio consentiunt aut ab iis discrepant; multa, quae item cum Suetonio solo consentiunt, aut ab eo discrepant; multa denique, de quibus nec Tacitus nec Suetonius referunt.

Quae cum ita sint, illi eo perducti sunt, ut statuerent, Tacitum a Dione in vita Tiberii describenda omnino non esse adhibitum, (quod idem Thamm de ratione inter Dionem et Suetonium intercedente judicat), sed utrumque multa e communi fonte [2]) fortasse Aufidio Basso [3]), hausisse. cnfr. p. sq. not. 1.

[1]) Nulla auctoritas contra ceteras causas ei rei inest, quod jam in vita Tiberii Dio de singulis rebus cum hist. nat. Plinii consentit; exempli gratia: Tacitus Phoenicem avem anno 34 p. Chr. in Aegyptum venisse refert, Dione LVII. 27 et Plinio n. h. X. 5 anno 36 p. Chr. id accidisse memorantibus.

[2]) cnfr. etiam Schiller a. l. p. 40. — Es erübrigt somit nur die Annahme, dass beide Schriftsteller ein und dieselbe Quelle vor sich hatten, die allerdings eine vorzügliche gewesen sein muss, und dass sowohl Tacitus als Dio dieselbe in ausgedehntem Masze und mit einer Objectivität benutzten, die uns kaum mehr erlaubt scheint, für das Alterthum aber nicht ohne Beispiel und für Tacitus in den Historien längst festgestellt ist.

[3]) Quem Froitzheim auctorem communem proposuit, non nesciens, argumenta sibi deesse. Equidem ad eandem conjecturam acclinabam,

Quod quidem rectissime ab iis disputatum esse putans, in hanc formam summam comparationum illarum redigere ausim: Dionem, ut in vitis Galbae, Othonis et Vitellii demonstrasse nobis videmur, ita in vita Tiberii describenda plurima — ne dicam omnia — ex *uno* [2]) scriptore hausisse, quem cum aliis Tacitus et Suetonius adhibuerunt. Quod non temere a nobis statui, haec probabunt:

Restant apud Dionem vestigia (et plurima quidem in libris LVII—LIX), quibus apparet, eum opere usum esse, in quo variorum scriptorum sententiae diligentissime comparatae et adnotatae erant. Quam comparationem a Dione ipso, qui historiam Romanam per tot saecula deduxit, institutam esse, non verisimile est et eo refellitur, quod Tacitus et Suetonius,

---

quae eo fortasse firmatur, ut nomina consulum a Dione relatorum, cum iis, quae Cassiodorus ex Aufidio sumpsit, consentiant, a serie autem Prosperi saepissime discrepent.

[1]) Longe aliam rationem inter Dionem et Tacitum intercedere, Octavius Clason (Götting. gel. Anzeig. 1874. p. 141 sq.) e comparatione a Thamm instituta efficit. Hanc enim summam pag. 1145 sq. affert: „Die vom Verfasser (Thamm) zurückgewiesene Schlussfolgerung, genannte Anklänge entstammten einer Benutzung des Tacitus selbst durch Dio — nach unserer Ansicht neben einer andern Hauptquelle Dios — hat an und für sich nichts unwahrscheinliches, wenn er überhaupt mehrere Quellen gebrauchte; *freilich würde Dio dann — in ungewöhnlicher Weise die Berichte verschiedener Autoren verschmolzen haben* —. Wir kommen also zu einem ganz anderen Resultat, als der Verf., indem wir verschiedene Hauptquellen mit gelegentlichem Ausschreiben des Tacitus durch Dio annehmen. Freilich giebt — (dieses) zu der weiteren Annahme Anlass, *dass Dio sachlich seiner Hauptquelle treu blieb, formell sich aber in solchen Fällen an Tacitus anschloss* (*!*).“ Difficilior ratio expediendi an inveniri possit dubito, ad quam is sane delabitur, qui Plutarchum in vitis Galbae et Othonis e Tacito hausisse contendit. At, si Clason sibi ipsi constare volebat, concedere non debebat (p. 1158) Dionem e Suetonio nihil hausisse, sed item affirmare, res aliunde, formas verborum interdum e Suetonio sumptas esse, nam ratio fere eadem inter Dionem et Tacitum atque inter Dionem et Suetonium intercedit.

[2]) Nam cur putandum sit, paucas illas res, quarum Dio et Suetonius soli mentionem faciunt, ex alio fonte fluxisse, quam illae, quas Dio, Tacitus et Suetonius communes habent, causas non video.

e quibus Dio non hausit, nonnullis locis item variorum scriptorum sententias transscripserunt. Conferas enim:

Dio LVII. 3. 1 sq.	Tac. I. 7.
ὁ δ' οὖν Τιβέριος ταῦτα τότε ἐποίει, τὸ μὲν πλεῖστον, ὅτι οὕτω τε ἐπεφύκει καὶ οὕτω προῄρετο, ἤδη δὲ καὶ ὅτι τά τε στρατεύματα, καὶ τὰ Παννονικὰ καὶ τὰ Γερμανικὰ ὑπετόπει, καὶ τὸν Γερμανικὸν τῆς τε Γερμανίας ἄρχοντα καὶ φιλούμενον ὑπ' αὐτῶν ἐδεδίει.	causa praecipua ex formidine, ne Germanicus, in cujus manu tot legiones, immensa sociorum auxilia, mirus apud populum favor, habere imperium quam exspectare mallet.
τοὺς μὲν γὰρ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ κτέ. ἤδη μὲν γὰρ ἤκουσα, ὅτι ἐπειδὴ ἡ Λιουία ἄκοντος τοῦ Αὐγούστου τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιπεποιηκέναι ἐλέγετο, ἔπλαττεν, ὅπως μὴ παρ' ἐκείνης, καὶ γὰρ πάνυ αὐτῇ ἤχθετο, ἀλλὰ παρὰ τῆς βουλῆς ἀναγκαστός, ὡς καὶ κατ' ἀρετήν σφων προήκων, δόξειεν αὐτὴν εἰληφέναι:	dabat et famae, ut vocatus electusque potius a republica videretur, quam per uxorium ambitum et senili adoptione irrepsisse.
καὶ προσέτι καὶ ἐκεῖνο, ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ὁρῶν ἀλλοτρίως ἑαυτῷ ἔχοντας διέμελλε καὶ διῆγεν, ὅπως μὴ φθάσαντές τι νεωχμώσωσιν ἐλπίδι τοῦ καὶ ἐθελούσιον αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ἀφήσειν, μέχρις οὗ ἐγκρατὴς αὐτῆς διὰ πάντων ἐγένετο.	postea cognitum est, ad introspiciendas etiam procerum voluntates inductam dubitationem.

Dio c. 14. *καὶ τοῦτο μὲν* (pecuniae divisio) *τῷ προτέρῳ ἔτει γενέσθαι τινὲς λέγουσι.* cp. 22 (Liviam), *ἥν τινες Λιουίλλαν ὀνομάζουσιν.* LVIII. 11. 7. — *τὴν Λιουίλλαν ἀπέκτεινεν. ἤδη δὲ ἤκουσα, ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐτῆς ἐφείσατο, αὐτὴ δὲ ἡ Ἀντωνία κτέ.*

Dio LVIII. 13.	Tac. VI. 23.
τῷ δὲ Μάκρωνι, ὥς τινές φασιν, ἐνετείλατο ὅπως ἄν τι παρακινήσῃ, τὸν Δροῦσον ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον ἐσαγάγῃ καὶ αὐτοκράτορα ἀποδείξῃ . .	*tradidere quidam*, praescriptum fuisse Macroni, si arma a Sejano tentarentur, extractum custodia juvenem (nam in palatio adtinebatur) ducem populo imponere.
Dio LVIII. 25.	Tac. V. 10.
καὶ γὰρ ἡ Μακεδονία, ὡς δέ τινές φασι, καὶ ἡ Ἀχαΐα ἀκληρωτὶ προσετάσσοντο.	(Is, Macedoniae tunc intentus, Achajam quoque curabat.)

Dio LIX. 2.

πέντε γοῦν μυριάδας μυριάδων καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας, ὡς δὲ ἕτεροι, ὀκτώ τε καὶ δισχιλίας καὶ πεντακοσίας κτέ. cp. 12. καὶ παραπετάσμασι σηρικοῖς, ὥς γέ τινές φασι χρησάμενος. cp. 22. εἴκοσι γάρ, ὡς δέ τινές φασι, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας στρατιωτῶν ἤθροισε.

Dio LIX. 24.	Suet. Caj. 17.
συνάρχοντα γάρ, οὔτι καὶ ἐπιτηδεύσας, ὥς περ οἴονταί τινες, ἀλλὰ τοῦ μὲν προαποδεδειγμένου τελευτήσαντος, ἑτέρου δὲ μηδενὸς — οὐδένα ἔσχε.	tertium consulatum Lugduni iniit solus, *non ut quidam opinantur*, superbia negligentiave, sed quod defunctum sub Cal. diem collegam rescisse absens non poterat.

cp. 25. σιδήρια γὰρ μικρὰ ἄττα αὐτοῖς, ὥς φασί τινες, ἀνεμέμικτο (largitioni).

[LXI. 11.	Suet. Ner. 28.
ἃ δὲ δὴ πρὸς πάντων ὡμολόγηται λέγω, ὅτι ἑταίραν τινὰ τῇ Ἀγριππίνῃ ὁμοίαν ὁ Νέρων δι' αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ μάλιστα ἠγάπησε, καὶ αὐτῇ τε ἐκείνῃ κτέ.	—*nemo dubitavit, utique* postquam meretricem, quam fama erat Agrippinae simillimam, inter concubinas recepit.
12.	Tac. XIV. 7.
καὶ αὐτὸν καὶ ὁ Σενέκας, ὡς πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις	[quos (Senecam et Burrum) statim acciverat, *incertum* an

ἀνδράσι εἴρηται, παρώξυνεν, εἴτ' οὖν τὸ ἔγκλημα κτἑ.	et ante gnaros].

cp. 20. — *μέλαν, ὥς γε παραδέδοται, φώνημα ἔχων.* LXIII. 17. *κιθαρῳδήσειν γὰρ ἤμελλε, ὥς γέ τινες λέγουσι κτἑ.* 28. *γνωρισθεὶς οὖν καὶ ὡς ὑπό τινος, ὥς φασι, τῶν ἀπαντησάντων κτἑ.*]

Quum igitur haud paucis locis Dionem variorum sententias transscribentem deprehendamus, dubium esse non potest, eum de nomine quoque Liviae vel Livillae aliisque rebus, minimi plerumque momenti, varios auctores non consuluisse.

Profitemur, ad certum quae de ratione, inter Dionem et Tacitum in vita Tiberii intercedente, conjectura judicávimus non redacta esse et vix redigi posse; nisi fortasse alienae mentis acumini, maximum momentum in Tacito ponenti, quae non nostra hoc loco est provincia, continget, ut verum inveniat.

Item difficillimum esset, e comparatione Dionis cum Tacito de rebus Claudii et Neronis instituta, colligere, quibus auctoribus et qua ratione iis Dio usus sit, quum res partim etiam impeditior sit. At iis, quae priore parte quaestionis nostrae exposuimus, nisi videmur nobis non sine causa hoc arbitrari, consensum inter utrumque scriptorem exstantem eo effectum esse, ut Tacitus Plinium, quem *solum* Dio secutus est, *interdum* adhiberet. Nam consensum non eo exstitisse, ut Dio verba e Tacito transscriberet, ipsa comparatio jam instituenda docebit.

De damnatione Valerii Asiatici Dio LX. 29. 5, Tacitus XI. cp. 1 sq. plane inter se discrepant. De Corbulone in Germania bellum gerente ad verbum interdum consentiunt:

Dio 30. 4.	Tac. XI. 18 sq.
Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν τά τε στρατεύματα συνεκρότησε καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ οὓς ἐκάλουν Καύχους ἐκάκωσε. καὶ	Per idem tempus Chauci — etc.

αὐτὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντα ὁ Κλαύδιος ἀνεκάλεσε· τήν τε γὰρ ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄσκησιν μαθὼν οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Κορβ. ἐπανῆλθε, τοσοῦτον μόνον εἰπών· ὢ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες, ἐς δήλωσιν, ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως κτἑ. τῶν μέντοι ἐπινικίων καὶ ὣς ἔτυχε. πιστευθεὶς δὲ πάλιν τὸ στράτευμα καὶ οὐδὲν ἧττον ἤσκει αὐτό, καὶ ἐπειδή γε εἰρήνουν, διετάφρευσε δι᾽ αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν, μάλιστα ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζωσιν.	— cur hostem conciret? adversa in rempublicam casura: sin prospere etc. igitur Claudius adeo novam vim prohibuit, ut referri praesidia cis Rhenum juberet. — Ille — *nihil aliud prolocutus, quam beatos quondam duces Romanos* signum receptui dedit. Ut tamen miles otium exueret, *inter Mosam et Rhenum trium et vigenti milium spatio fossam perduxit*, qua incerta Oceani vetarentur. *insignia tamen triumphi indulsit Caesar*, quamvis bellum negavisset.

Apud Tacitum igitur non invenimus, iterum Corbulonem exercitui praepositum esse, et dubitem, an ex illo Taciti „incerta Oceani", aliquis illud: *ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ κτἑ.* depromere posset.

De nuptiis et caedibus Messalinae et Silii Dio 31. 3. Tac. XI. 28 sq. omnino consentiunt, paucis plane discrepantibus, e quibus hoc unum exemplum ponam: Claudium, Tacito auctore, sacrificii causa, Dione, rei frumentariae causa Ostiam profectum esse.

De congressionibus Agrippinae cum Claudio aliquo modo consentiunt:

Dio.	Tac. XII. 3.
Ἀγριππῖναν ἔγημε — καὶ γὰρ καλὴ ἦν καὶ συνεχῶς αὐτῷ	praevaluere haec, adjuta Agrippinae illecebris, quae ad eum

προσεφοίτα, μόνῃ τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ τρυφερώτερον ἢ καὶ ἀδελφιδῇ προσεφέρετο.	*per speciem necessitudinis crebro ventilando* pellicit patruum ut praelata ceteris et nondum uxor potentia — etc.

Utrumque scriptorem eodem fonte usum esse, e his, de Silano relatis, apparet:

Dio 31. 7.	Tac. XII. 3.
ὅτι ὁ Σιλανὸς ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐνομίζετο, καὶ ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου οὕτως ἐτιμᾶτο ὥστε καὶ ἐπινικίους τιμὰς ἐν παισὶ λαβεῖν, τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ Ὀκταουίαν ἐγγυήσασθαι καὶ πολὺ πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου στρατηγῆσαι, τήν τε πανήγυριν τὴν προσήκουσαν αὐτῷ τοῖς ἐκείνου τέλεσι ποιῆσαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Κλαύδιον καὶ αἰτῆσαί τινα παρ' αὐτοῦ ὥσπερ τινα στρατιάρχην, καὶ ἐκβοῆσαι πανθ' ὅσα τοὺς ἄλλους βουλομένους ἑώρα κτἑ.	— quia *L. Silano desponderat Octaviam Caesar*, juvenemque et alia clarum, *insigni triumphalium* et *gladiatorii muneris magnificentia* protulerat ad studia vulgi.

De nece Lolliae Paulinae aliqua ex parte congruunt, cujus caput Messalinae ludibrio fuisse Tacitus non memorat (Dio 32. 4. Tac. XII. 22).

De contumeliis Britannico factis aliquantum consentiunt:

Dio 32. 5.	Tac. XII. 41.
— *τούς τε ἄλλους περιέποντας αὐτὸν τοὺς μὲν ἐξέβαλε τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Σωσίβιον, ᾧ ἥ τε τροφὴ καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ προσετέτακτο, κατέσφαξεν κτἑ. κἀκ τούτου παραδοῦσα αὐτὸν οἷς ἤθελεν ἐκάκου ὅσον κτἑ.*	commotus his, quasi criminibus, Claudius *optimum quemque educatorem filii exsilio ac morte adficit*, datosque a noverca custodiae ejus imponit. (cnfr. c. 26.)

Porro conferas:

Dio 33. 2.	Tac. XII. 42.
— *καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τὸ καρπεντίῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν.*	suum quoque fastigium Agr. extollere altius: *carpento* capitolium ingredi, qui mos sacerdotibus et sacris antiquitus concessus venerationem aug.

In navali spectaculo, in lacu Fucino edito, describendo nonnulla singula consentiunt, cnfr.:

Dio.	Tac. XII. 56.
— *ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος ὅ τε Νέρων στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμήθη.*	*ipse* (Claudius) *insigni paludamento,* neque procul Agrippina *chlamyde aurata* praesedere.

Reliqua aut discrepant aut apud Tacitum non inveniuntur.

Caedem Claudii et mortem Narcissi Dio 34. 2. 4. multis verbis describit, Tacito XII. 67. XIII. 1. breviter referente, nec discrepant inter se.

De funere Claudii ad verbum consentiunt, cnfr.:

Dio.	Tac. XII. 69.
ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος.	caelestesque honores Claudio decernuntur, et funeris solenne, *perinde ac D. Augusto.*

Haec fere sunt, quae a Dione et Tacito de iisdem rebus referuntur. E qua comparatione utique efficitur, consensum eo exstitisse, ut Tacitus item in annalibus atque in historiis conscribendis ad verbum interdum Plinium adhiberet.

De vita Neronis a Dione composita Christensen haec judicat: p. 20. — „cum satis invenerimus exemplorum, quibus Suetonium nusquam in hac vita fontem fuisse Dionis apertissime comprobetur“ et p. 29: „— satis comprobasse mihi videor, permulta adesse argumenta, eaque gravissima, quibus Dionem non curasse Tacitum aperte demonstretur.“

Quae quidem plane cum iis consentiunt, quae ego inveneram, et ad haec probanda conferas sis hos paucos locos:

Dio LXIII. 21. 2.	Suet. 21.
Λάρκιος δέ τις Λυδὸς προσῆλθεν αὐτῷ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας προσφέρων ἵνα κιθαρῳδήσῃ καὶ ὃς μὲν τὸ ἀργύριον οὐκ ἔλαβεν κτέ.	dubitavit etiam, an —, *quodam* praetore sestertium decies offerente.
Dio LXII. 13. 4.	Tac. XIV. 66.
— *μόνη ἡ Πυθιὰς οὔτε τι κατεσπεύσατο αὐτῆς — καὶ τέλος ὡς ὁ Τιγελλῖνος ἐνέκειτο αὐτῇ, προσέπτυσε τε αὐτῷ καὶ εἶπε· καθαρώτερον, ὦ Τιγελλῖνε, τὸ αἰδοῖον ἡ δέσποινα μοῦ τοῦ σοῦ στόματος ἔχει.*	— *ex quibus una* instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octaviae, respondit, quam os ejus.
Dio 17. 3.	Tac. XIV. 14.
— *καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως τοῦ ἱππικοῦ ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν καὶ ἐς τὸν — ἐσῆλθον — καὶ εἶδον οἱ ἄνθρωποι τὰ γένη τὰ μεγάλα, τοὺς Φουρίους τοὺς Φαβίους, τοὺς Πορκίους τοὺς Οὐαλερίους κτέ.*	— nobilium familiarum posteros, egestate venales, in scenam deduxit; quos fato perfunctos, *ne nominatim tradam*, majoribus eorum tribuendum puto.

Contra Christensen autem dicentem p. 73, Dionem cum Suetonio persaepe habuisse fontem communem, qui a Tacito non adhibitus sit, monere velim, quod jam supra adnotavi, causas me non videre, cur putandum sit, res illas, quarum Dio et Suetonius soli mentionem faciant, ex alio fonte fluxisse, quam ea, quae Dio, Tacitus et Suetonius communes habent.

Si igitur paucis comprehendimus, quae hac quaestione invenisse nobis videmur, haec fere dicenda sunt:

